

DIE 18 IANUARI

**COMMEMORATIO S. MARGARITAE
AB HUNGARIA V.O.P.**

SIMPLEX

AD LAUDES
AD VESPERAS


DIE 18 IANUARIJ
COMMEMORATIO S. MARGARITAE AB HUNGARIA V.O.P.
SIMPLEX
AD LAUDES

Ante laudes toni recti:

℣: Ora pro nobis, beata Margarita.

℟: Ut digni efficiámur promissionibus Christi.


1. Ant VIIa



Vestiméntis sa-lú-tis Christus hó-di- e sponsam su- am índu- it,



quæ hic in terra non véstibus, sed mó-ri-bus pla-cére stúdu- it.



Ps. Dómi-nus. E u o u a e.

Ps. 92

Dóminus regnávít, decórem
índútus est: * indútus est
Dóminus fortitúdinem, et præ-
cínxit se.

Eténim firmávit orbem ter-
ra, * qui non commóvebitur.

Paráta sedes tua ex tunc: * a
sæculo tu es.

Elevavérunt flúmina, Dómi-
ne: * elevavérunt flúmina vocem
suam.

Elevavérunt flúmina flúctus

suos, * a vóci-bus aqúarum mul-
tárum.


Mirábiles elatiónes maris: *
mirábilis in altis Dóminus.

Testimónia tua credibília fac-
ta sunt nimis: * domum tuam de-
cet sanctitúdo, Dómine, in lon-
gítudinem diérum.

Glória Patri, et Fílio, * et Spi-
rítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et
nunc, et semper, * et in sæcula
sæculórum. Amen.

2. Ant IIIa



Marga-rí-ta nunc cum Christo in gló-ri-a appá-ret, cuius vi-ta e-



rat cum ip-so abscondi-ta in De-o. *Ps.* Iubi-lá-te. E u o u a e.

Ps. 99

Iubiláte Deo, omnis terra: *
servíte Dómino in lætítia.


Introíte in conspectu eius, *
in exsultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus
ipse est Deus: * ipse fecit nos, et
non ipsi nos.

Pópulus eius, et oves pascuæ
ejus: † introíte portas ejus in
confessióne, * átria eius in
hymnis: confitémini illi.

Laudáte nomen eius: quó-
niam suávis est Dóminus, † in
ætérnum misericórdia eius, * et
usque in generatióne et generatióne
véritas eius. Glória.

3. Ant. Ib



Cum i- is qui sequúntur Agnum quo-cúm-que í- e-rit, si-ne fi-ne



Marga-rí-ta nunc canit novum cánticum. *Ps.* De- us. E u o u a e.

Ps. 62

Deus, Deus meus, * ad te de
luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea, *
quam multipliciter tibi caro mea.

In terra desérta, et ínvia, et
inaquósa: † sic in sancto ap-
páruí tibi, * ut vidérem virtútem
tuam, et glóriam tuam.

Quóniam melior est miseri-
córdia tua super vitas: * labia

mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea: * et in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea: * et lábiis exsultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, † in matutínis meditábor in te: * quia fuísti adiútor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, † adhæsít ánima

mea post te: * me suscepít dextera tua.

Ipsi véro in vánum quæsiérunt ánimam méam, † introíbunt in inferióra terræ: * tradéntur in mánus gládii, pártes vúlpium érant.

Rex vero lætábitur in Deo, † laudabúntur ómnes qui iúrant in éo: * quia obstrúctum est os loquéntium iníqua.

Glória Patri.


4. Ant VIIIa



Spí-ri-tus et á-nimæ iustó-rum, bene-dí-ci-te Dómi-no, qui húmi-



lem corde si-bi desponsávit in æ-térnum.



Cant. Be-ne-dí-ci-te. E u o u a e.

Canticum trium Puerorum

Dan. 8, 57-88 et 56.

Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino: * laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

Benedícite, Angeli Dómini, Dómino: * benedícite, cæli, Dómino.

Benedícite, áquæ ómnes, quæ

super cælos sunt, Dómino: * benedícite, ómnes virtutes Dómini, Dómino.

Benedícite, sol et luna, Dómino: * Benedícite, stellæ cæli, Dómino.

Benedícite, omnis imber et ros, Dómino: * Benedícite, ómnes spiritus Dei, Dómino.

Benedícite, ignis et æstus, Dómino: * Benedícite, frigus et æstus, Dómino.

Benedícite, rores et pruína, Dómino: * Benedícite, gelu et frigus, Dómino.

Benedícite, glacies et nives, Dómino: * Benedícite, noctes et dies, Dómino.

Benedícite, lux et ténebræ Dómino: * Benedícite, fúlgura et nubes, Dómino.

Benedícat terra Dóminum: * láudet et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite, montes et colles, Dómino: * Benedícite, univérſa germinántia in terra, Dómino.

Benedícite, fontes, Dómino: * Benedícite, mária et flúmina, Dómino.

Benedícite, cete, et ómnia, quæ movéntur in aquis, Dómino: * benedícite, ómnes vólucres cæli, Dómino.

Benedícite, ómnes bestiæ et pécora, Dómino: * Benedícite, filii hóminum, Dómino.

Benedícat Israel Dóminum: * láudet et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite, sacerdotés Dómini, Dómino: * Benedícite, servi Dómini, Dómino.

Benedícite, spíritus, et ánimæ iustórum, Dómino: * Benedícite, sancti, et húmiles corde, Dómino.

Benedícite Ananía, Azária, Mísael, Dómino: * laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu: * laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cæli: * et laudábilis, et glorióſus, et superexaltátus in sæcula.

*Hic non dicitur
Glória Patri neque Amen.*


5. Ant. V



Lauda in cho-ro vírginum Dóminum De-um tu-um, qui su-am ad-



implé-vit mi-se-ri-córdi-am in te, o be-á-ta Marga-rí-ta.



Ps. Laudá-te. E u o u a e.

Ps. 148

Laudáte Dóminum de cælis: *
Laudáte eum in excelsis.

Laudáte eum, ómnes Angeli
eius: * laudáte eum, omnes virtú-
tes eius.

Laudáte eum, sol et luna: * lau-
dáte eum, ómnes stéllæ et lúmen.

Laudáte eum, cæli cælórum: *
et áquæ ómnes, quæ super cælos
sunt, láudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: *
ipse mandávit, et creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum, et in
sæculum sæculi: * præcéptum
pósuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, *
dracónes, et ómnes abýssi.

Ignis, grándo, nix, glácies,

spiritus procellárum: * quæ fáci-
unt vérbum eius:

Móntes, et ómnes cólles: *
lígna fructífera, et ómnes cedri.

Béstiaë, et univérsa pécora: *
serpéntes, et vólucres pennátæ:

Reges terræ, et ómnes pópuli:
* príncipes, et ómnes iúdicés
terræ.

Iúvenes, et vírgines: senes
cum iunióribus láudent nomen
Dómini: * quia exaltátum est
nomen eius solíus.

Conféssio eius super cælum
et terram: * et exaltávit cornu
pópuli sui.

Hýmnus ómnibus sánctis
eius: * filiis Israel, pópulo appropin-
quánti sibi.

Glória.

Capitulum

Apoc. 19


Czytanie

Ap. 19, 7-8


Venérunt núptiæ Agni, et u-
xor eius præparávit se. Et
datum est illi ut coopériat se
býssino splendénti et cándido;
býssinum enim iustificatiónes
sunt sanctorum.

Nadeszły Gody Baranka, a
Jego Małzonka się przy-
stroića i dano jej oblec bisior
lśniący i czysty - bisior bowiem
oznacza czyny sprawiedliwe
świętych.

Hymnus VIII



Vo- tis revíncta, mý-sti- ce Chri- sti cru-ci con-fí- gi- tur,



Præ- ítque cunctis frá- tri- bus E-xémplar et so- ró-ri- bus.

Iesum secúta páuperem,
Fastum perhórret sæculi,
Abiécata quæque quæritat
Cibi, cubíli, tégmine.

Regnáre nata, prætulit
Cunctis, subésse ignóbilis;
Christo, iubénte præside,
Festína gáudet óbsequi.

Sponso iugáta vírginum,
Ter régium connúbium
Detréctat, acris lílium
Sepíre spinis cándidum.

Laus et perénnis glória
Deo Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sempitérna sæcula. Amen.

Versiculus toni solemni:

Ÿ: Adducéntur regi vírgines post eam.

℞: Próximæ eius afferéntur tibi.

Ad Bened. Ant. IIIb



O Chri- sti sponsa sanctíssima, quam di- a- déma vírgi- num or-



ná- vit, di- ví- na sa- ni- tá- tum grá- ti- a honestá- vit, in- tu- éndi cór-



di- um secré-ta cæ-léste do- num de-co-rá-vit et di-ví-ni a-



mó- ris incé-ndi- um consummá-vit. C. Benedíctus. E u o u a e.

Canticum Zacchariae
Luc.1,68-79

Benedíctus Dóminus Deus Israel * Quia visitávit et fecit redemptiónem plebis suæ.

Et eréxit cornu salutis nobis * in domo David púeri sui:

Sicut locútus est per os sanctorum, * qui a sæculo sunt prophetarum eius.

Salútem ex inimicis nóstris, * et de mánu ómnium qui odérunt nos.

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nóstris: * et memorári testaménti sui sancti.

Iusiurándum, quod iurávit ad Abraham, pátre[m] nóstrum, * dáturum se nobis.

Ut sine timóre de mánu inimicórum nostrórum liberáti * serviámus illi.

In sanctitáte et iustítia coram ipso, * ómnibus diébus nóstris.

Et tu puer prophéta Altíssimi vocáberis: * præibis enim ante faciém Dómini paráre vias eius.

Ad dándam sciéntiam salutis plébi eius: * in remissionem peccatórum eórum:

Per víscera misericórdiæ Dei nostri: * in quibus visitávit nos óriens ex alto:

Illumináre his, qui in ténebris, et in úmbra mortis sedent: * ad dirigéndo[s] pedes nostros in víam pacis.

Glória Patri.

Preces:

℣: Kyrie eleison.

℞: Christe eleison. Kyrie eleison.

℣: Pater noster secreto usque ad Et ne nos in tentatió[n]em.

℞: Sed líbera nos a malo.

℣: Oremus.

Oratio

Deus, virginitatis amátor et custos, cuius múnere fámula tua Margaríta virginitatis decórem mérito bonórum óperum sociávit; concéde, quæsumus, ut mentis integritátem spírítu salu-


táris pæniténtiæ restauráre possímus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.



Benedicámus Dó- mi-no. De-o grá- ti- as.

AD VESPERAS

Sup. Ps. Ant VIIa



Vestiméntis sa-lú-tis. *Ps.* Dixit Dóminus. E u o u a e.

Ps. 109

Dixit Dóminus Dómino meo * sede a dextris meis:

Donec ponam inimícos tuos * scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emittet Dóminus ex Sion: * domináre in medio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctorum: * ex útero ante lucíferum genui te.

Iurávit Dóminus et non pænitébit eum: * tu es sacérdos in ætérnum secúndum órđinem Melchisedech.

Dóminus a dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ reges.

Iudicábit in natió nibus implébit ruínas: * conquassábit cápita in terra multórum.

De torrén te in via bibet: * proptérea exaltábit caput.

Glória Patri.

Ps. 111

Beátus vir qui timet Dóminum: * in mandátis eius volet nimis.

Potens in terra erit semen eius: * generátio rectorum benedicétur.

Glória et divítiæ in domo eius: * et iustítia eius manet in sæculum sæculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis: * miséricors et miserátor, et iustus.

Iucúndus homo qui miserétur et cómmodat, † dispónet sermónes suos in iudício: * quia in ætérnum non commovébitur.

In memória ætérna erit iustus: * ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor eius speráre in Dómino, † confirmátum est cor eius: * non commovébitur donec despiciat inimícos suos.

Dispérsit dedit paupéribus: † iustítia eius manet in sæculum sæculi: * cornu eius exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet et tabéscet: * desidérium peccatórum períbit.

Glória Patri.

Ps. 112

Laudáte púeri Dóminum: *
laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedictum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occásus, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * et super cælos glória eius.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília respicit in cælo et in terra?

Súscitans a terra ínopem, * et de stércore érigens páuperem:

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.

Glória Patri.

Ps. 115

Crédidi, propter quod locútus sum: * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo: * omnis homo mendax.

Quid retribuam Dómino, * pro ómnibus, quae retribuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam: * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo eius: * pretiósá in conspéctu Dómini mors sanctórum eius:

O, Dómine, quia ego servus

tuus: * ego servus tuus, et filius ancillae tuae.

Dirupisti vincula mea: * tibi sacrificabo hostiam laudis, et in nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius: * in atriis domus Domini, in medio tui Ierusalem.

Glória Patri.

Ps. 125

In convertendo Dominus captivitatem Sion: * facti sumus sicut consolati:

Tunc repletum est gaudio os nostrum: * et lingua nostra exul-

tatione.

Tunc dicent inter gentes: * magnificavit Dominus facere cum eis.

Magnificavit Dominus facere nobiscum: * facti sumus laetantes.

Converte Domine, captivitatem nostram, * sicut torrens in Austro.

Qui seminant in lacrimis, * in exultatione metent.

Euntes ibant et flebant, * portantes semina sua.

Veniens autem venient cum exultatione, * portantes manipulos suos.

Glória Patri.



Vestimentis sa-lú-tis Christus hó-di- e sponsam su- am índu- it,



quæ hic in terra non véstibus, sed mó-ribus placé-re stúdu- it.

Capitulum Venérunt núptiæ ut Ad Laudes, pag. 5.

Hymnus VIII



De- o caná-mus dé-bi- tum Præ-có-ni- um, qui vír- gi- nem



Di-tá-vit hanc humí- limam Do-nis su-pér-nis áffa- tim.

Quam sæpe, Manna cælicum
Dum corde hiante súscipit
Iesúmque amóre déperit,
Abrépta languet sénsibus!

Leváre curas sédula,
Mæstas sodáles érigit
Scrutáta cordis ábdita,
Morbisque diris éximit.

Mors ipsa nimbo glóriæ
Suffúndit ora vírginis,

Virtútis, afflat, índice,
Suavíssima fragrántia.

O Margaríta, pátriæ
Adesse perge cælitus,
Túisque da cliéntulis
Portum salútis tångere.


Laus et perénnis glória
Deo Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sempitérna sæcula. Amen.

Versiculus toni solenni:

℣: Ora pro nobis, beáta Margaríta.

℞: Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Ad Magn. Ant. II



O be- á-ta Marga-rí-ta. *Cant.* Magni- fi-cat. E u o u a e.

Canticum B. Mariæ Virginis
Luc. 1, 46-55

Magnificat * ánima mea Dó-
minum.

Et exultávit spíritus meus * in
Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem

ancíllæ suæ: * ecce enim ex hoc
beátam me dicent omnes genera-
tiónes.

Quia fecit mihi magna qui po-
tens est: * et sanctum nomen eius.

Et misericórdia eius a progé-
nie in progénies * tíméntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio

suo: * dispérsit supérbos mente
cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, *
et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et
dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum suum, *
recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres
nostros, * Abraham, et sémini
eius in sæcula.


Glória Patri.



O be- á-ta Marga-rí-ta, quæ hic in terra ómnibus afflí- ctis



ca-ri-tá-tis so-lá-ti-um impendí- sti, nobis e cæ-lo succúrre mí-



se- ris et vi-tam óbti-ne cum súde- ris.

Preces.

Oratio Deus, virginitátis amátor *ut Ad Laudes, pag. 8.*



Benedi-cámus Dó- mi-no. R̄. De-o grá- ti- as.

stowarzysz
enie: schola
gregoriana
silesiensis

